PLATO. ARISTOTELES
Entstehungsort unbestimmt (Tirol?), 3. Viertel 15. Jh.
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35041
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar/Seminario Maggiore

de enthymematibus tam de ijs que sunt q̃ de apparentibus
dictum est nunc de solutionibus dicendum videtur ⁊c

De soluacionibus Capitulum 24

Soluimus autem uel aliud enthymema contra opponentes
uel obiectionem inferentes Cum igitur aliud opponimus patet q̃ ex eisdem possumus dicere locis Syllogismi enim ex probabilibus sunt probabilia uero multa inter se contraria sunt Obiectiones autem stanti in topicis quatuor ex locis inueniuntur sunt enim aut ex eodem aut ex stli aut ex contrario aut ex iuditatis Ex eodem ut si enthymema esset de amore quoniam bonum obiectio duplex est. Nam uel universaliter dicens omne indigentiam malum esse uel secundum partem q̃ neq̃ optimi neq̃ pessimi amores dicent nisi etiam mali essent amores Ex contrario autem obiectio duatur ut si cui enthymema esset probum uirum amicum bonum facere at nec impudum male responderet ex simili uero hoc pacto sit enthymema Maleficio affecti semper oderunt at inquies beneficio affecti non semp amant Iudicata uero ea dicuntur que clarissimorum uirorum iudicio comprata sunt Sic enthymema q̃ oportet ebrios ignoscere cum ignorantes peccent obiectio non ergo pithacus laude digno esset qui maiores penas i legibus sumi de illis stipsit qui uino peccent Verum quoniam ex his quatuor omnia enthymemata fluunt ~~probili~~ probabili exemplo argumento signo et sunt ex probabilibus quidem que colliguntur ex ijs que ut plurimum aut sunt aut esse videntur Ex exemplo autem que per inductionem ex uno uel pluribus similibus cum universale capiens et particularia ratione colliger Ex argumento autem sunt que ex ijs inferuntur que ex necessario indicio sunt Ex signo uero cum per universale aut singulare sive sit sive non colliger Quoniam igitur probabile non semper sed ut plurimum verum est Perspicuum est possibile semper esse huiusmodi enthymemata soluere obiectione allata que quidem